

TABLE DES *FLORES*

(f° 78 r°, col. a)

Quoniam in principali tabula precedenti multa dicta notabilia philosophorum, poetarum, sanctorum, doctorum et aliorum virorum illustrium continentur et causa brevitatis non exprimitur in eadem a quibus philosophis, poetis, sanctis vel aliis doctoribus principaliter proferuntur, ut istud de pluribus auctoritatibus huiusmodi sine principali libro per ipsam tabulam possit scribi.

Notandum est quod in speculo hystoricali predicto, auctoritates sive predicta notabilia sub duplici differentia continentur. Aut enim pertinent ad gesta aliqua virorum illustrium, et sic sparsim in diversis libris et discontinuatis capitulis secundum quod diversis propositis conveniunt, reponuntur.

Et de istis sine principali libro scilicet speculo hystoricali aut originalibus sciri non potest a quo sancto, poeta, philosopho vel doctore dicantur. Aut dicta huius simpliciter moralia et tunc in certis libris et continuis capitulis reponuntur, in quibus libris et capitulis auctoritates notabiles et dicta moralia doctorum huius continentur.

Et de istis si quis scire velit a quo vel a quibus dicantur, consideret quoto libro et quoto capitulo dictum huius vel auctoritas continentur. Et tunc in sequenti tabellula querat numeros, librum et capitulum, in quibus dictum vel auctoritas huius scribitur denotantes. Et in principio eiusdem lineae versus sinistram videat quis doctor, poeta, sanctus vel philosophus inscribatur, quoniam ab eodem dicitur si sit dictum vel auctoritas quod vel que inter flores ipsius morales notabiles reponantur.

Sicut ista liquidius apparere poterunt per experientiam quam doctrinam. Est preterea advertendum quod ubicumque in sequenti tabellula dicitur quod dicta alicuius doctoris, philosophi, et cetera, continentur in aliquo certo capitulo et in omnibus certis capitulis usque ad aliquod certum capitulum, dictio usque semper intelligitur inclusive.

Et tunc considerandum est si numerus capitulum denotans contineatur inter primum numerum scilicet ubi flores alicuius actoris incipiunt et ultimum videlicet in quo (videlicet) terminantur. Et sic apparebit quod dictum vel auctoritas ibi scripta ab actore scripto in principio eiusdem lineae proferatur.

Primus liber nullos flores continet.

Secundus liber nullos flores continet.

Tercius liber continet flores.

Sibille prophetisse	.C. et CII. et infra
Lactancii poete	.CI. c.
Tales milesini	.CIX. e.
Sapientum Grecie	.CXIX. et CXX.
Salomonis <sc. Solonis> atheniensis	.CXX.

Quartus liber continet flores

Hesopi	.II. et sequentibus usque ad .VIII.
Trimegisti	.X.
Pithagore philosophi	.XXIIII. XXV. et XXVI.
Eracliti philosophi	.XXXII. e.
Anaxagore philosophi	.XXXIII.
Themistodis philosophi	.XXXIX.
Empedoclis philosophi	.XLIIII.
Esdre scribe	.XLIX. L. LI. LII. et LIII.
Socratis philosophi	.LVII. LVIII. et LXVI.
Dyogenis philosophi	.LXVIII. et LXIX.
Platonis philosophi	.LXXIX.
Archite tarentini	.LXXX.
Aristotilis philosophi	.LXXXII. et sequentibus usque ad .LXXXIX.

Quintus liber continet flores

(col. b)	capitulo
Apulei platonici	.VII.
Plotini platonici	.VIII.
Hermetis philosophi	.X.
Philippi macedonis	.XX. et XXII.
Epicruri philosophi	.XL. et XLI.

Sextus liber flores continet

Theofrasti	.II. III. et IIII.
Zenonis stoyci	.XXVI. b.
Stoycorum	.XXVIII. et sequentibus usque ad .XXXIII.
Scipionis affricani	.XLVII. XLVIII.
Pannetii philosophi	.XLIX.
Plauti comedi	.LV.
Statcii poete	.LXI. b.
Tarentii poete	.LXXIII. et LXXIIII.
Cornelie matrone	.XCV.
Hecatonis stoyci	.CVI.
Chatonis stoyci	.CVII. CVIII. CIX. et CX.

Septimus liber continet flores	capitulo
Julii Celsi	.V. et VI.
Tullii philosophi	.VI. et sequentibus usque ad .XXXII.
Salustii	.XXXIII. et XXXIII.
Varronis philosophi	.LVIII. LIX. et LX.
Virgilii poete	.LXI. LXII. et LXIII.
Oratii poete	.LXVII. LXVIII. LXIX. et LXX.
Sixti pictagorici	.XCVI. a.
Ovidii poete	.CVI. et sequentibus usque ad .CXXII.
Valerii Maximi	.CXXIII et sequentibus usque ad .CXXIX.
Octavus liber continet flores	capitulo
Hildefunsi toletani	.CXXI.
Nonus liber continet flores	capitulo
Senece patricii	.CII et sequentibus usque ad .CXXXVI.
Persii poete	.CXXXVII. b.
Juvenalis poete	.CXXXVIII. a.
Decimus liber continet flores	capitulo
Clementis pape	.XXII. et sequentibus usque ad .XXXII.
Quintiliani poete	.CXXII. CXXIII. CXXIII. CXXV.
Undecimus liber continet flores	capitulo
Josephi	.II. d.
Plutarchi	.XLVII. XLVIII.
<Ignatii antiocheni>	.LVI. et LXII.
Plinii	.LXVI. et LXVII.
Adriani	.LXXX. c.
Secundi philosophi	.LXXXI.
Tauri philosophi	.XCII. a.
Galleni medici	.XCII. f.
Duodecimus liber continet flores	capitulo
Origenis	.XIII. XIII. et XV.
Cipriani	.LXIII. et sequentibus usque ad .LXXIII.
Decimus tertius liber non continet flores	
Decimus quartus liber non continet flores	
Quintus decimus liber continet flores	capitulo
Anastasii alexandrini	.VI. a.
Anthonii monachi	.XIII. b.
Macharii egyptii	.XVII. XVIII.

Moysi arabici	.LIX.
Pastoris abbatis	.LX.
Ysidori abbatis	.LXII. a.
Pambi abbatis	.LXII. e.
Marchi monachi	.LXV. d.
Helye senis	.LXXIII. e.
Basilii	.LXXXI. LXXXII. LXXXIII. et LXXXIII.
	Item .XCVIII.
Gregorii eniizeni	.LXXXV.
Effren syri	.LXXXVI. et LXXXVII.
Gregorii nazanzeni	.LXXXVIII. et sequentibus usque ad .XCV.
(f ^o 78 v ^o , col. a.)	
Sextus decimus liber continet flores	capitulo
Patrum eorumque dicta	.LXXIX. et sequentibus usque ad finem libri
Decimus septimus liber continet flores	capitulo
Jeronimi presbyteri	.XVIII. et sequentibus usque ad .LXXXVIII.
Decimus octavus liber continet flores	capitulo
Sinthetices abbatisse	.IX. b.
Ambrosii	.XXXII. et sequentibus usque ad .XXXIX.
Crisostomi	.XLII. XLIII. XLIII. et XLV.
Augustini	.L. LI. et LII.
Arsenii	.LXIII.
Heraclidis	.LXIII. et sequentibus usque ad XCVIII.
Silvie virginis	.XCI. a.
Dyoclis philosophi	.XCI. d.
Claudiani poete	.CI.
Prudentii poete	.CII.
Decimus nonus liber continet flores	capitulo
Orosii hystoriographi	.VI.
Tichonii affri	.VII.
Severi	.VIII. et sequentibus usque ad .XXXV.
Augustini	.LVI. et sequentibus usque ad .XCIX.
Vigesimus liber continet flores	capitulo
Cassiani	.XV. et sequentibus usque ad .XXII.
Collationum Patrum	.XLI. et sequentibus usque ad finem libri
Vigesimus primus liber continet flores	capitulo
Petronii bononiensis	.XXV.
Prosperi aquitanici	.LVIII. et sequentibus usque ad .LXXII.

Gelasii pape	.CI.
Fulgentii	.CVIII. CIX. CX. et CXI.
Vigesimus secundus liber continet flores	capitulo
Simachii patricii	.XVIII.
Boecii philosophi	.XV. et sequentibus usque ad XX.
Ennodii tycinensis	.XXVII. et XXVIII.
Sindonii	.XLVI. et XLVII.
Cassiodori	.XLIX. et L.
Oratoris poete	.LI. et LII.
Vigesimus tertius liber continet flores	capitulo
Gregorii pape	.XXVIII. et sequentibus usque ad .LVIII.
Vigesimus quartus continet flores	capitulo
Ysidori hispalensis	.XXXII. XXXIII. et XXXIII.
Alcuini	.CLXXIII. et CLXXIII.
Vigesimus quintus liber continet flores	
Rabani	.XXVIII. et sequentibus usque ad .XXXII.
Vigesimus sextus liber continet flores	capitulo
Anselmi cantuariensis	.LXXI. et sequentibus usque ad .LXXI.
Petri Damiani	.LII. et sequentibus usque ad .LXIII.
Childeberty cenomonensis	.CVIII. et sequentibus usque ad .CXV.
Petri Alfonsi	.CVIII<=CXVIII>. et sequentibus usque ad .
Vigesimus septimus liber continet flores	capitulo
Hugonis de Sancto Victore	.XLVIII. et sequentibus usque ad .XCVIII.
Vigesimus octavus liber continet flores	capitulo
Hugonis de Folliaco	.XVIII. et sequentibus usque ad .LXXXI.
Ricardi de Sancto Victore	.LIX. et sequentibus usque ad .LXXXI.
Vigesimus nonus liber continet flores	
Bernardi	per totum librum
Tricesimus liber continet flores	capitulo
Joachim abbatis	.XL.
Helinandi	.CVIII. et sequentibus usque ad .CXLVIII.
Tricesimus primus liber non continet flores	
Tricesimus secundus liber continet flores	capitulo
Jacobi de Vitriaco	.X. et sequentibus usque ad .LI.
Finito libro, fit laus et gloria Christo.	

(col.b)

Istam tabulam dedit huic librerie parisiensi venerabilis pater noster frater Matheus de Parisius
tunc prior provincialis per Franciam. Anno domini M^o CCC^o XXXVIII. Qui eam furatus fuerit
anathema sit.

Exemple de traitement informatisé :

édition en séquence de chapitres

(lib. XXIII, cap. XXVII - CIII,

flores Gregorit)

FLORES Gregorii pape	.XXIII. XXVII. et s.
GREGORII flores morales	.XXIII. XXVII. et s.
PASTORALIS regiminis cura et modus eam accipiendi vel renuendi docetur	.XXIII. XXVII. et s.
GREGORII libri numerantur eorumque materia in generali tangitur	.XXIII. XXVII. a.
ARS artium est regimen animarum	.XXIII. XXVII. b.
ARS nulla doceri presumitur nisi prius intenta medicatione discatur	.XXIII. XXVII. b.
PASTORALE magisterium qua temeritate ab imperitis suscipitur quando ars artium est regimen animorum	.XXIII. XXVII. et b.
PRELATUS instruitur qualiter ad regimen veniat et qualiter se habeat in eodem	.XXIII. XXVII. b.
PASTORUM imperitia quandoque de meritis accidit subditorum	.XXIII. XXVII. c.
PRELATI quando lumen sciencie perdunt ad portandum peccatorum curvantur onera qui secuntur	.XXIII. XXVII. c.
PASTOR cum per arbusta graditur, necesse est quod ad precipitium grex sequatur	.XXIII. XXVII. d.
PRELATI arguuntur qui lumen sciencie male vivendo conculcant	.XXIII. XXVII. d.
CULPA in exemplum vehementer extenditur quando per reverenciam ordinis peccator honoratur	.XXIII. XXVII. e.
MENS impar invenitur ad singula dum confusa mente dividitur ad multa	.XXIII. XXVII. e.
PRELATO nomen sanctitatis habente et male vivente nemo in ecclesia magis nocet	.XXIII. XXVII. e.
MENS in exteriori dispositione sollicita, sui ignara, scit multa cogitare se nesciens	.XXIII. XXVII. f.
PRELACIONIS pericula ostenduntur, status tamen non reprehenditur	.XXIII. XXVII. f.
PERTINAX in respuenda prelatione dignus esse non debet nec etiam se ingerere	.XXIII. XXVIII. et s.
PRELACIONEM respuendo dignus esse vero debet pertinax et preterea ingerere se non debet	.XXIII. XXVIII. et s.
PRELATIS aliquibus dantur dona virtutum pro utilitate aliorum que sibi quandoque adimunt si vocati regimen suscipere renuunt	.XXIII. XXVIII. a.
CONTEMPLATIVORUM utilitas propria non est actioni preferenda que commodo proficit plurimorum	.XXIII. XXVIII. c.
PRELATUS qui gregem dominicum renuit pascere pastorem summum convincitur non amare	.XXIII. XXVIII. c.
PRELATI contemplativi et solitarii pro tantis rei sunt quantis venientes in publicum prodesse potuerunt	.XXIII. XXVIII. d.
UTILITAS propria contemplativorum non est preferenda actioni que commodo proficit plurimorum	.XXIII. XXVIII. e.
PRELACIONIS fuga seu recusatio quando est probabilis vel non Gregorius ostendit	.XXIII. XXVIII. f. et s.
PREDICATIONIS officium potest laudabiliter appeti et etiam respui	.XXIII. XXIX.
PREDICATIONIS officium digne appetit qui altaris calculo propria vicia vero purgavit	.XXIII. XXIX. d.

PREDICACIONIS officium tutius declinatur quam appetatur	.XXIII. XXIX. e.
PRELACIONEM appetentes indigni arguuntur	.XXIII. XXIX. e.
SILENTII murum mentis civitas que non habet inimici iaculis undique patet	.XXIII. XXIX. f.
AMBITIOSI prelationum multipliciter arguuntur	.XXIII. XXX.
REGIMINIS occupatione bonum opus quandoque perditur quod in tranquillitate tenebatur	.XXIII. XXX.
EPISCOPATUM tunc fuit laudabile querere quando per hunc non erat dubium ad graviora supplicia pervenire	.XXIII. XXX. a.
DOCTORIS sermo formari debet secundum qualitatem auditoris	.XXIII. XXX. b.
PRELACIONEM appetentes multa quandoque bona facere proponunt in quibus adeptis prelationibus frequenter deficiunt	.XXIII. XXIX <XXX>. c.
HUMILITATEM in culmen non valet dicere qui in imis positus non desiit superbie	.XXIII. XXX. e.
LAUDEM nescit cum suppetit fugere qui ad hanc divertit cum suppetit hanelare	.XXIII. XXX. e.
POTESTAS culminis quid aliud est quam tempestas mentis	.XXIII. XXX. f.
PRELACIONIS officium accipiens qualis vite esse debeat	.XXIII. XXXI. et s.
PRELATUS presumptuose percussus mederi properat, qui in facie vulnus portat	.XXIII. XXXI. a.
REGIMEN suscipiat pollens virtutibus, eis non vacuus nec vocatus accedat	.XXIII. XXXI. a.
VIRTUTIBUS pollens ad regimen veniat virtutibus, vacuus nec coactus accedat	.XXIII. XXXI. a.
CULPAM increpatio quandoque detegit quam nescit eciam qui perpetravit	.XXIII. XXXI. d.
DISPLICENS quando ad interveniendum mittitur, irati animus ad deteriora provocatur	.XXIII. XXXI. f.
PRESULIS vita tantum debet transcendere actionem plebis quantum distat a grege vita pastoris	.XXIII. XXXI. f.
MANUS munda esse studeat que sordes curat alienas	.XXIII. XXXII. a.
PRELATI qui alios mundare habent mundi primitus esse debent	.XXIII. XXXII. a.
PRELATUS debet esse bonis operibus precipuus ut subditis viam vite vivendo denunciaret	.XXIII. XXXII. b.
PRELATUS sit discretus in silentio et utilis in verbo ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat	.XXIII. XXXII. b.
VERBUM dei libentius corda auditorum penetrat quod docentis vita commendat	.XXIII. XXXII. b.
INCREPACIO culpam detegit quam nescit quandoque etiam qui perpetravit	.XXIII. XXXII. d.
PREDICATOR instruitur quod mala nullo modo nec etiam bona proferat importune	.XXIII. XXXII. d.
SERMO correptionis clavis est apertionis	.XXIII. XXXII. d.
PRELATUS instruitur de contemplatione et compassione ad subditos	.XXIII. XXXII. e.
PRELATUS instruitur qualiter et quando subditis equare se debeat et proferre	.XXIII. XXXIII. et s.
HOMINES equales natura genuit sed varietas meritorum alios aliis preposuit	.XXIII. XXXIII. a.
HOMINIBUS preesse prelati non gaudeant sed prodesse	.XXIII. XXXIII. a.

PRELATI preesse hominibus non gaudeant sed prodesse	.XXIII. XXXIII. et a.
PECCARE humana formidine metuant qui divina iudicia non formidant	.XXIII. XXXIII. b.
PRELATI in illa correptione non superbit in qua non suam gloriam sed dei iusticiam querit	.XXIII. XXXIII. et c.
SUBDITI ex ea parte qua sunt bestiales et criminosi debent formidini subiacerere prostrati	.XXIII. XXXIII. c.
PRELATI superbi qui se estimant secundum dicta aliorum non secundum conscienciam propriam arguuntur	.XXIII. XXXIII. et d.
SUPERBIA in prelati maxime multipliciter arguitur	.XXIII. XXXIII. e.
PRELATUS cum magis viciis quam fratribus dominatur tum locus summus bene regitur	.XXIII. XXXIII. et f.
CORREPTIONIS modus secundum diversas conditiones hominum docetur	.XXIII. XXXIII. et s.
PRELATI de modo corrigendi et instruendi subditos secundum diversos status hominum instruuntur	.XXIII. XXXIII. et s.
ANIMUS talis esse probatur qualis sermo ostenditur	.XXIII. XXXIII. a.
CORREPTOR eum quem corrigit quandoque sibi debet preferre tacita mente	.XXIII. XXXIII. a.
PECCATORES tanto sunt obligatiores quanto minus apud homines puniuntur	.XXIII. XXXIII. a.
DETRACTIO iterum multipliciter detestatur	.XXIII. XXXIII. b.
CORRIGENDO nec severitas sit rigida, nec pietas sit remissa .XXIII. XXXIII. d.	
PIETAS in corrigendo non sit remissa nec severitas rigida	.XXIII. XXXIII. d.
SEVERITAS in corrigendo non sit rigida nec pietas sit remissa	.XXIII. XXXIII. d.
PRELATI oculum qui previdendis gressibus preminet cura pulveris non obscurret	.XXIII. XXXIII. et f.
SUBDITORUM vitia quandoque sunt dissimulanda, quandoque toleranda, quandoque leviter arguenda, quandoque dure increpanda	.XXIII. XXXIII. f.
DIVITES et egeni quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXV.
EGENI et divites quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXV.
LETI et tristes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXV. f.
TRISTES et leti quomodo sunt aliter admonendi	.XXIII. XXXV. f.
PRELATI et subditi quomodo sunt aliter et aliter instruendi	.XXIII. XXXVI.
PRELATI tot mortibus digni sunt quot perditionis exempla ad subiectos transmittunt	.XXIII. XXXVI. a.
PRELATI sic curas aliorum expleant quod et suas agere non desistant	.XXIII. XXXVI. b.
PRELATUS tanta debet in opere exsolvere quanta constat eum aliis precepisse	.XXIII. XXXVI. c.
BENIVOLI et invidi quo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVI. d.
SUBDITI et prelati quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVI. d.
SUBDITI prelatorum culpas iudicare non debent	.XXIII. XXXVI. d.
BENIVOLI bona que laudant imitari debent	.XXIII. XXXVI. e.
SUBDITI malorum prelatorum iugum ferre timore divino non recusent	.XXIII. XXXVI. e.

SERVI et domini quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVI. f.
SERVI in se humilitatis conditionem semper aspiciant et dominos non spernant	.XXIII. XXXVI. f.
IMPUDENTES et verecundi quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII.
INVIDI et benivoli quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII.
PACIENTES et impacientes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII.
VERECUNDI et impudentes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII.
IMPACIENTES et pacientes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII. a.
IMPUDENTES non nisi dura increpacio compescit	.XXIII. XXXVII. a.
VERECUNDOS melius exhortatio modesta componit	.XXIII. XXXVII. a.
IMPACIENTES dum refrenare spiritum negligunt ad multa mala que non appetunt rapiuntur	.XXIII. XXXVII. b.
PACIENCIAM Gregorius multipliciter suadet	.XXIII. XXXVII. b.
EGRI et incolumes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVII. c.
CHRISTI passiones describuntur quas corporaliter egri ad sui consolationem inspicere debent	.XXIII. XXXVII. d.
SACRIFICIUM illud solum deus accipit quod ante oculos eius flamma caritatis ascendit	.XXIII. XXXVII. d.
INVIDI alieno bono deficiunt et aliena bona sua facerent si ea diligerent	.XXIII. XXXVII. f.
SIMPLICES et astuti quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVIII.
IMPURI dum reprehendi metuunt semper improbas defensiones querunt et cetera	.XXIII. XXXVIII. a.
IMPURI et simplices quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVIII. a.
VERITATE nichil facilius ad dicendum et puritate nichil tutius ad defendendum	.XXIII. XXXVIII. b.
INCOLUMES et egri quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXVIII. c.
ADVERSITATIS corporalis utilitates ostenduntur	.XXIII. XXXVIII. d.
CHRISTI passionum memoriam nos facit in cunctis adversitatibus pacientes	.XXIII. XXXVIII. f.
LOQUACES et taciti quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXIX.
TACITI et loquaces quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XXXIX.
TACITI eo in altiore dolore prodeunt quo ea que sustinent non loquuntur	.XXIII. XXXIX. a.
TACITI quia quandoque linguam immoderatitius frenant multiloquium gravius tolerant	.XXIII. XXXIX. a.
LINGUA discrete frenanda est, non indissolubiliter liganda	.XXIII. XXXIX. d.
MULTILOQUIUM multipliciter dissuadetur	.XXIII. XXXIX. e.
OCIOSUM verbum est quod aut ratione iuste necessitatis aut intencione pie utilitatis caret	.XXIII. XXXIX. f.
VERBUM ociosum est quod aut ratione iuste necessitatis aut intencione pie utilitatis caret	.XXIII. XXXIX. f.
IRACUNDI et mansueti quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XL. a.
MANSUETI et iracundi quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XL. a.

VICIUM cum virtus creditur, sine metu culpa cumulatur	.XXIII. XL. a.
IRACUNDOS melius corrigimus si in ipsa ire commocione aliquantulum declinamus	.XXIII. XL. b.
IRACUNDIE furore menti ebrie, quicquid rectum dicitur perversum videtur	.XXIII. XL. c.
ELATI et humiles quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XL. d.
HUMILES dum se deiciunt ad similitudinem dei ascendunt	.XXIII. XL. d.
HUMILES et elati quomodo sunt aliter admonendi	.XXIII. XL. d.
ELATI dum se erigunt in apostate angeli imitatione cadunt	.XXIII. XL. e.
ELATIO dum supra se extenditur ab altitudine vere celsitudinis elongatur	.XXIII. XL. e.
HUMILITAS dum se in ima deprimit, actori suo manenti super summa se coniungit	.XXIII. XL. e.
HUMILES sunt admonendi ne plusquam expedit sint subiecti	.XXIII. XL. f.
GULOSI et abstinentes quomodo sunt aliter et aliter admovendi	.XXIII. XLI.
GUNTRANNUS idem moritur et Childericus frater eius regnat	.XXIII. XLI.
ABSTINENTES et gulosi quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLI. a.
ABSTINENTES sepe culpa in paciencie et superbie comitatur	.XXIII. XLI. a.
GULOSOS superfluitas locutionis, levitas operis, in carnis luxuria comitatur	.XXIII. XLI. a.
LOCUCIONIS superfluitas et operis levitas gulosos communiter comitatur	.XXIII. XLI. a.
LUXURIAM, locucionis superfluitas et operis levitas gulosos communiter comitatur	.XXIII. XLI. a.
LIBIDINIS aculeus excitatur dum saturitate venter extenditur	.XXIII. XLI. b.
ABSTINENCIAM debet elemosina comitari	.XXIII. XLI. e.
ABSTINENCIAM deo acceptam offerunt qui quod sibi de alimentis subtrahunt pauperibus largiuntur	.XXIII. XLI. e.
ABSTINENCIE virtus quam parva respicitur, que non nisi ex aliis virtutibus commendatur	.XXIII. XLI. e.
ELEMOSINA debet abstinentiam communicari	.XXIII. XLI. e.
JEIUNAT sibi et non deo qui quod subtrahit ventri non pauperibus tribuit set ventri postea offerendum custodit	.XXIII. XLI. f.
MISERICORDES elacionem vitare debent	.XXIII. XLII.
MISERICORDES, rapaces et medii quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLII.
RAPTORES, misericordes et medii qualiter sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLII.
MISERICORDES cum peccata elemosinis redimant, redimenda iterum non committant	.XXIII. XLII. a.
ELEMOSINARUM largiendarum modus docetur	.XXIII. XLII. b.
HYSTRIONIBUS qualiter liceat aliquid dare et non	.XXIII. XLII. c.
MISERICORS adhuc peccata committens sua dat deo, seipsum dyabolo	.XXIII. XLII. d.
RAPTORES pena maxima puniendi sunt si asperrime puniuntur qui sua indebite tenuerunt	.XXIII. XLII. d.

DIVITES tot cotidie puniunt quot morientium pauperum subsidia apud se abscondunt	.XXIII. XLII. e.
ELEMOSINAM pauperibus dantes sua sibi reddimus non nostra largimus	.XXIII. XLII. e.
INNOCENTES incassum se putant qui quod commune est sibi privatim vendicant	.XXIII. XLII. e.
AVARI (est) elemosinis faciendis arguuntur quia deo nichil tribuuntur qui sibi omnia dedit	.XXIII. XLII. f.
CONCORDIA non est ab abstinencia separanda	.XXIII. XLIII. a.
CONCORDIAM deferens et corpus affligens deum laudat in tympano sed non in choro	.XXIII. XLIII. a.
DISCORDES et pacati quo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII. a.
PACCATI et discordes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII. a.
PACCATI vitare debent ne dum pacem desiderant, hominum malos mores non arguant	.XXIII. XLIII. a.
MISERI et prosperitate fruentes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII. c.
PROSPERITATE fruentes admonendi sunt ne in hiis que a deo sibi dantur animum figant et viam pro patria diligant	.XXIII. XLIII. c.
PROSPERITATE fruentes et miseri quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII. c.
PROSPERITAS quandoque datur ut ad vitam meliorem provocet, aliquando vero ut in eternum plenius dampnet	.XXIII. XLIII. d.
MISERI cogitent quanta in eos divina misericordia vigilat, qui eos in sua desideria non relaxat	.XXIII. XLIII. e.
CONIUGATI et continentes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII.
CONTINENTES et coniugati quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLIII.
CONIUGATI sic studeant placere coniugi quando non displiceant creatori	.XXIII. XLIII. a.
CONIUGATI noverint se causa prolis suscipiende coniunctos	.XXIII. XLIII. b.
CONIUGATI in ipso conjugio quandoque coniugii iura transcendunt	.XXIII. XLIII. c.
ORDINE id est religione artiori quidam sunt quandoque deteriores et in inferiori quidam sunt meliores	.XXIII. XLIII. f.
PENITENTES et non penitentes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLV.
PENITENTES de misericordia quam postulant non presumant et de spe sic presumant ne incauta securitate sic torpescant	.XXIII. XLV. a.
DYABOLUS multipliciter decipit peccatorem, modo securitate, modo desperatione	.XXIII. XLV. b.
PECCAMUS tripliciter, suggestione, delectatione et consensu	.XXIII. XLV. d.
PENITENS qui admissa plangit nec tamen deserit pene graviori se subdit	.XXIII. XLV. d.
PENITENTES, flendó se inaniter mundat qui vivendo nequiter se inquinat	.XXIII. XLV. d.
LACRIMAS sordidas ante dei oculos facit qui fletibus suis vite mundiciam subtrahit	.XXIII. XLV. e.
PECCATA committenda vitantes sed commissa non plangentes	

multipliciter arguuntur	.XXIII. XLV. e.
FLETUS pro peccatis suadetur	.XXIII. XLVI.
PECCATA sua laudantes et non laudantes quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLVI.
LAUDANTES peccata in tot personas iniquitates exhibent quot audientium mentes iniqua docent	.XXIII. XLVI. a.
PECCATA laudantes in tot personas iniquitates exhibent quot audientium mentes iniqua docent	.XXIII. XLVI. a.
PECCATA sua laudantes quandoque plus ore quam opere delinquant	.XXIII. XLVI. a.
ACCUSANTES peccata et non delinquentes quomodo sunt admonendi	.XXIII. XLVI. d.
PECCATA accusantes et non deserentes, quid sunt aliud quam sui ipsius precones et cetera	.XXIII. XLVI. e.
PREDICADORES qui peccata accusant et non deserunt scientiam adeptam in adiutorium negligunt et eam contra se in testimonium vertunt	.XXIII. XLVI. e.
PECCATA minima frequenter committentes qualiter sunt admonendi	.XXIII. XLVII.
CULPAS minimas si despiciamus cum pensamus, eas timere debemus dum numeramus	.XXIII. XLVII. a.
CULPA maior quanto citius quod culpa sit cognoscitur, tanto celerius emendatur	.XXIII. XLVII. b.
CULPAS leves frequenter iterare quandoque facit in graviores incidere	.XXIII. XLVII. b.
PECCATA gravia ab hiis faciliter committuntur qui frequenter minima sine penitentia commiserunt	.XXIII. XLVII. b.
SALUTIS remedia non requirit qui vulneris dolorem non sentit	.XXIII. XLVII. c.
ANIMA humana ad yma relabitur nisi ad summa conetur	.XXIII. XLVII. e.
BONUM inchoatum si solita intencione non crescit, quod fuerat bene gestum decrescit	.XXIII. XLVII. e.
BONA agentes occulte et mala publice qualiter sunt admonendi	.XXIII. XLVIII.
PECCANTES occulte et bona agentes publice et econtra quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLVIII.
BONA agentes occulte et mala publice pensent humana iudicia quanta celeritate evolent, divina vero quanta stabilitate perdurent	.XXIII. XLVIII. a.
GLORIA vana si pro bono facto in secreto queritur, factum in publico reputatur	.XXIII. XLVIII. a.
LAUS humana cum pro recto opere queritur, eterna retribucione res digna vili precio venundatur	.XXIII. XLVIII. b.
PECCANTES publice et bona facientes secreta quomodo sunt aliter et aliter admonendi	.XXIII. XLVIII. c.
BONA incepta non consummantes quomodo sunt admonendi	.XXIII. XLVIII. d.
OPUS bonum quandoque in occulto sit cum sit publice et in publico cum sit occulte	.XXIII. XLVIII. e.
BONUM opus in secreto factum in publico fieri prohibetur quando pro eo humana laus appetitur	.XXIII. XLVIII. f.
LAUDES humanas tot requiris quot in bono opere testes ducis	.XXIII. XLVIII. f.
PREDICATORIS vox qualiter arguendo vicia et commendando virtutes sit rationabiliter temperanda	.XXIII. XLIX. a.

PREDICATORUM vox singulis subditorum viciis sit (f° 59 v°, col. a) congrua et tamen numquam sibimet sit diversa	.XXIII. XLIX. a.
SAPIENTUM conventus dignitas est imperantium	.XXIII. XLIX. b.
HEREDUM equalium alium habundare et alium paupertate ingemiscere iniquum est	.XXIII. XLIX. c.
GULOSUS profert laudabiliorem de bene pascente quam de bene invente formam	.XXIII. XLVIII. d.
PREDICANDA sunt taliter bona ut non ex latere iubeantur mala	.XXIII. XLIX. e.
PREDICATOR bonus in sermone, malus in opere, est sicut pictor turpis ymaginem pulcram pingens	.XXIII. XLIX. f.
VICIORUM et virtutum conflictus secundum Gregorium	.XXIII. L. et s.
VIRTUTUM et viciorum conflictus secundum Gregorium describitur	.XXIII. L. et s.
HUMILITATIS et superbie conflictus describitur ubi humilitas et fuga superbie multipliciter suadetur	.XXIII. L. a.
SUPERBIE et filiarum suarum conflictus contra virtutes contrarias describitur	.XXIII. L. a.
HUMILITATE tanta sic se depressit divina maiestas, quomodo audet superbire humana fragilitas	.XXIII. L. b.
BONI si quid agis, non pro transitoriis bonis honoribus age sed pro eternis	.XXIII. L. c.
GLORIE vane et timoris domini conflictus describitur	.XXIII. L. c.
TIMORIS domini et vane glorie conflictus describitur	.XXIII. L. c.
OCULTANDI bonum si in animo sit voluntas, non erit de ostentacione ulla temeritas	.XXIII. L. d.
RELIGIONIS vere et simulacionis conflictus	.XXIII. L. d.
SIMULATIONIS et vere religionis conflictus describitur	.XXIII. L. d.
INOBIEDIENTIE et subiectionis contra obedientiam conflictus	.XXIII. L. e.
SUBIECTIONIS et inobediencie conflictus describitur	.XXIII. L. e.
FRATERNE congratulationis et invidie conflictus	.XXIII. LI. a.
INVIDIE et fraterne congratulationis conflictus	.XXIII. LI. a.
INVIDIE et ire contra virtutes contrarias conflictus	.XXIII. LI. a.
RUINA de alto sepe est deterior	.XXIII. LI. a.
VIRTUTIBUS si antecellis, tutius te in loco infimo quam in summo conservabis	.XXIII. LI. a.
DILECTIONIS et odii conflictus describitur	.XXIII. LI. b.
ODII et dilectionis conflictus describitur	.XXIII. LI. b.
IRE et paciencie conflictus describitur	.XXIII. LI. c.
PACIENCIE et ire conflictus describitur	.XXIII. LI. c.
PROXIMUS est in facie arguendus non occulte detrahendus	.XXIII. LI. c.
PASSIO Christi si ad memoriam reducitur nichil est adeo durum quod non equanimiter toleretur	.XXIII. LI. d.
INIURIAS suas sub umbra vindicandi iniurias dei multi vindicant	.XXIII. LI. e.
SATISFACTIONIS et tumoris conflictus	.XXIII. LI. f.
TUMORIS et humilis satisfactionis conflictus describitur	.XXIII. LI. f.
GAUDII spiritualis et tristicie conflictus describitur	.XXIII. LII. a.

TRISTICIE et gaudii spiritualis conflictus	.XXIII. LII. a.
EXERCICII in bonis contra teporem conflictus describitur	.XXIII. LII. b.
PERSEVERANCIE contra dissolutam evagationem conflictus describitur	.XXIII. LII. b.
TORPORIS et ignavie contra spirituale exercitium conflictus describitur	.XXIII. LII. b.
STABILITAS et perseverancie contra dissolutam evagationem conflictus describitur	.XXIII. LII. c.
VAGATIONIS dissolute contra stabilitatem et perseverantiam conflictus describitur	.XXIII. LII. c.
DESPERATIONIS et spei conflictus describitur	.XXIII. LII. d.
SPEI contra desperationem conflictus describitur	.XXIII. LII. d.
PENITENTIE multa exempla ponuntur	.XXIII. LII. e.
SPEI concipiende de peccatoribus conversis exempla plurima ponuntur	.XXIII. LII. e.
CONVERSATIO semper in melius est mutanda	.XXIII. LII. f.
LUCTUS moderati contra ineptam leticiam conflictus describitur	.XXIII. LIII.
AVARICIE morbo nunquam melius compescitur quam cum dies mortis iugiter meditatur	.XXIII. LIII(ms. LIII). a.
AVARUS quanto plus habere ceperit tanto amplius concupiscit	.XXIII. LIII. a.
CUPIDITATIS et mundi contemptus conflictus ostenditur	.XXIII. LIII. a.
GULE contra parsimoniam conflictus describitur	.XXIII. LIII. b.
PARSIMONIE contra gulam conflictus describitur	.XXIII. LIII. b.
LETICIE inepte contra temperatum merorem conflictus describitur	.XXIII. LIII. c.
PARSIMONIA non tantum consitit in temperamento refectionis sed in contemptu cibi lautioris	.XXIII. LIII. c.
MULTILOQUII contra temperatam taciturnitatem conflictus describitur	.XXIII. LIII. d.
CARNIS mundicie contra fornicationem conflictus describitur	.XXIII. LIII. e.
LOQUENDI modus tenendus et ab ipsis etiam utilibus verbis nonnumquam parcendum	.XXIII. LIII. e.
MUNDICIE carnis contra fornicationem conflictus describitur	.XXIII. LIII. e.
AMORIS patrie celestis contra appetitum seculi conflictus describitur	.XXIII. LIII. f.
GAUDII eterni appetitus suadetur ipsumque gaudium commendatur	.XXIII. LIII. f.
SEculi appetitus contra amorem patrie celestis conflictus	.XXIII. LIII. f.
GREGORIUS se excusat quod Auguste reliquias quas petierat non transmittit	.XXIII. LIII.
REGISTRI Gregorii flores	.XXIII. LIII.
MUNDI contemptus contra eius cupiditatem conflictus describitur	.XXIII. LIII. a.
LAURENTII eiusdem corpus videntes infra decem dium moriuntur	.XXIII. LIII. d.
PETRI et Pauli corpora concives sui a Romanis repetunt sed ostenso miraculo repelluntur	.XXIII. LV. a.
ANDREE apostoli miracula circa monachos fures et apostatas	.XXIII. LVI.

CLAVIS auree sancti Petri miraculum	.XXIII. LVI.
MONACHUS qui pecunias furatus fuit octies a demonio est vexatus	.XXIII. LVII. b.
MONACHUM apostatare volentem canis niger a beato Andrea missus nititur devorare	.XXIII. LVII. d.
MONACHUS alter apostatare volens a demone vexatur	.XXIII. LVIII. a.
MONACHI apostatare volentes beati Andree meritis ad monasterium revocantur	.XXIII. LVIII. c.
DYALOGI Gregorii flores	.XXIII. LIX.
LIBERTI fundensis prepositi vita et miracula	.XXIII. LIX.
MONACHI ortolani patientia in furem deprehensum	.XXIII. LX.
ORTOLANI monachi paciencia in furem ab eo deprehensum	.XXIII. LX.
EQUITII monachi vita et miracula	.XXIII. LXI.
CRUCIS signum monialis non faciens super lactucam edendam a demonio vexatur	.XXIII. LXI. b.
CONSTANCII varii mansio <sc. mansionarii> miraculum et humilitas	.XXIII. LXII. a.
CONTUMELIA illata probat qualis quisque apud se lateat	.XXIII. LXII. d.
MARCELLINUS anchonitanus urbem suam ab incendio liberat	.XXIII. LXII. e.
BONIFACII ferentini vita, misericordia et miracula	.XXIII. LXIII. et s.
FORTUNATI presbyteri gesta et miracula	.XXIII. LXV. et s.
SANCTI dei templum dei sunt et cum ad iracundiam trahuntur, eorum habitator excitatur	.XXIII. LXV. c.
BONA facere quidam student ut gravamen aliene operationis obrubilent	.XXIII. LXV. d.
MARTIRIUS signum crucis in pane miraculose imprimit	.XXIII. LXVII. a.
SEVERUS presbyter mortuum resuscitat	.XXIII. LXVII. b.
BENEDICTI idem quedam gesta et miracula	.XXIII. LXVIII. et s.
MONACHUS de monasterio sine benedictione exiens miserabiliter moritur	.XXIII. LXXI. a.
SCOLASTICE virginis quedam gesta cum beato Benedicto et eius transitus	.XXIII. LXXII.
ANDREE fundensis episcopi temptatio	.XXIII. LXXIII.
CRUCIS signum Iudeum a potestate demonum in templo Apollinis preservat	.XXIII. LXXIII.
MULIERUM cohabitatio continentissimos etiam viros temptat	.XXIII. LXXIII.
DACIUS mediolanensis domum ab habitatione demonum liberat	.XXIII. LXXIII. a.
OBEDIENTIA suadetur exemplo fluviorum sanctis viris obedientium	.XXIII. LXXIII. d.
SABINUS placentinus Padum fluvium exuberantem ad locum suum oratione revocat	.XXIII. LXXIII. d.
YSAAC monachi spoletani vita et miracula et qualiter spiritum prophetie pollebat	.XXIII. LXXV. et s.
PAUPERTATIS voluntarie exemplum in Ysaac spoletano	.XXIII. LXXV. f.
FLORENCII heremite vita et miracula	.XXIII. LXXVII.
PUER quinquennis dampnatur	.XXIII. LXXVII.
QUINQUENNIS puer dampnatur	.XXIII. LXXVII.

MARTINI solitarii vita et miracula	.XXIII. LXXVIII.
DYABOLUS presto adest ad discuciendum presbyterum vocantem nomine dyaboli servum suum	.XXIII. LXXIX. a.
ECCLESIE multis miraculis extolluntur	.XXIII. LXXX. a.
ECCLESIIS ipsa elementa reverenciam exhibent	.XXIII. LXXX. a.
ELEUTERII miraculum circa beatum Gregorium ostensum	.XXIII. LXXXII. a.
MAXIMIANI miraculum, qualiter se et suos a naufragio liberavit	.XXIII. LXXXII. d.
SANCTOLI viri dei vita et miracula	.XXIII. LXXXIII.
ANIMAS post mortem corporis vivere Gregorius ostendit rationibus et exemplis	.XXIII. LXXXIII. et s.
MULIERIS approximationem quidam statim moriturus horrescit	.XXIII. LXXXV. c.
SERVULI palatici vita et transitus	.XXIII. LXXXVI.
BLASPFEMUS puer quinquennis miserabiliter moritur	.XXIII. LXXXVII. a.
PECCATA modica in hoc seculo puniuntur et magna bona in alio remunerentur	.XXIII. LXXXVII. e.
MORS plurium personarum divinitus revelatur	.XXIII. LXXXVIII.
LUXURIA committens quidam cum filia sua sabbato sancto Pasche horribiliter punitur	.XXIII. LXXXIX. c.
GAUGERIUS cameracencis episcopus claret	.XXIII. XC.
GEHENNA in presenti seculo mortalibus ostenditur ad timorem	.XXIII. XC. et s.
GEHENNE tormenta ostenduntur et probantur per resuscitados qui ea visa veraciter retulerunt	.XXIII. XC. et s.
DAMPNATORUM pena et gloria beatorum cuidam militi revelatur	.XXIII. XCI.
JUDEX magis zelo crudelitatis quam obedientie penas inferens punitur	.XXIII. XCI. e.
ELEMOSINARUM largitores inde post mortem maiora suffragia consequuntur	.XXIII. XCII.
INFIRMITAS provocat ad conversionem et penitentiam	.XXIII. XCIII. a.
PENITENTIAM et conversionem infirmitas quandoque inducit	.XXIII. XCIII. a.
PENITENTIE exemplum in Theodoro inquieto de mortis confinio ad penitentiam revocato	.XXIII. XCIII. a.
ORATIONES sanctorum valent ad conversionem et sanacionem peccatorum	.XXIII. XCIII. d.
MONACHUS gulosus palam abstinens et clam comedens miserabiliter moritur	.XXIII. XCIII. e.
YPOCRITA monachus miserabiliter moritur	.XXIII. XCIII. e.
PURGATORII igne aliqua peccata purgantur post mortem	.XXIII. XCIII.
PECCATA que in vita esse peccata nesciebantur in purgatorio puniuntur	.XXIII. XCIII. f.
SANCTI aliqui consolantur in morte et alii propter purganda peccata terrentur	.XXIII. XCV.
SEPULTURA reproborum in ecclesiis eis non prodest sed obest	.XXIII. XCVI. et s.
MONIALIS loquax licet continens post mortem punitur	.XXIII. XCVI. b.
HERMOLAI et sociorum eius passio	.XXIII. XCVI. d.
SEPELIENS reprobum hominem pro peccato in ecclesia punitur	.XXIII. XCVI. e.
MISSARUM celebratio mortuos a purgatorii pena liberat	.XXIII. XCVII.

MISSAS pro se celebrari mortui petunt	.XXIII. XCVIII.
MISSARUM celebratio monachum proprietarium a purgatorio liberat	.XXIII. XCIX.
MONACHUS proprietarius iussu beati Gregorii in sterquilinum sepelitur	.XXIII. XCIX.
LUXURIOSUS presbyter miserabiliter moritur eique pena horribiliter preparatur	.XXIII. XCIX. a.
CASSIO eidem suus obitus revelatur	.XXIII. C. a.
MISSE celebratio captivum a vinculo et nautam liberat a naufragio	.XXIII. C. b.
BONUM per nos agamus quod pro nobis fieri post mortem speramus	.XXIII. CI. a.
LIBERTATEM semper habere beatius est quam post vincula querere libertatem	.XXIII. CI. a.
MISSA prodest illis mortuis qui in vita meruerunt quod sibi prodesse deberet	.XXIII. CI. a.
MISSA multipliciter commendatur	.XXIII. CI. b.
MISSAM celebraturus qualiter se disponere debeat et postea qualiter debeat se habere	.XXIII. CI. b.
EUCCHARISTIAM sumpturus qualiter se debet disponere et quomodo post sumptionem se debet habere	.XXIII. CI. c.
CONCORDIA fraterna sumentibus eucharistiam vel sacrificium offerentibus suadet	.XXIII. CI. d.
MISSA post mortem non indigebimus si ante mortem ipsi deo hostia fuerimus	.XXIII. CI. f.
MUNDI contemptus suadet	.XXIII. CII.
COR et non oblationis substanciam pensat deus	.XXIII. CII. b.
REGNUM dei tantum valet quantum habes	.XXIII. CII. c.
MANUS non est vacua a munere si archa cordis plena sit bona voluntate	.XXIII. CII. d.
VOLUNTAS bona qualis esse debeat ostenditur	.XXIII. CII. d.
INVIDIA mox ut mentem ceperit, bona voluntas recedit	.XXIII. CII. f.
INVIDO omne bonum deesse videtur quod alter assequitur	.XXIII. CII. f.
VOLUNTAS bona mox recedit cum eam invidia ceperit	.XXIII. CII. f.
VOLUNTATIS bone numquam sacrificium plene persolvitur (col. b) nisi cupiditas seculi perfecte deseratur	.XXIII. CII. f.
ELEMOSINA et hospitalitas suadentur	.XXIII. CIII. a.
HOSPITALITAS et elemosina commendantur et suadentur	.XXIII. CIII. a.
DIVITES abutentes divitiis arguuntur	.XXIII. CIII. b.
GREGORII transitus describitur	.XXIII. CIII. b.
VESTIUM cultus et preciositas arguitur	.XXIII. CIII. e.
VESTIMENTUM preciosius pro inani gloria queritur quia ibi nemo vult preciosis indui ubi a nullo possit videri	.XXIII. CIII. f.